

me appropinquauerunt et steterunt. Ⓞ
Et qui iuxta me erant de longe steterunt
 et vni faciebant qui querebant animam
 meam. Et qui inquirebant mala mi-
 chi locuti sunt vanitates et dolos tota die
 meditabantur. —
Ego autem tanquam surdus non audie-
 bam et sicut mutus non aperies os suum.
Et factus sum sicut homo non audies
 et non habens in ore suo redargutiones.
Quia in te domine speravi tu exaudies
 me domine deus meus. —
Quia dixi nequando supergaudeant
 michi inimici mei et dum commouen-
 tur pedes mei super me magna locuti
 sunt. Quoniam ego in flagella pa-
 ratus sum et dolor meus in conspectu
 meo semper. —
Quoniam iniquitatem meam an-
 nunciabo et cogitabo pro peccato meo. Ⓞ
Inimici autem mei viuunt et con-